



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666


Capitvlvm I. Pastoralis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

myfticam rationem. Historiam refert Inno- cent. in lib. 1. de myfterijs Miffæ, c. 62. Quia B. Petrus baculum fuum *mifit Euchario pri- mo Treuironum Epifcopo, quem vnà cum Va- lerio & Maximo ad predicandum Euange- lum deftinauit genti Teuthonica. Ei fuffragit in Epifcopatu Maternus, qui per baculum S. Petri à morte fuerat fuffragatus. Quem bacu- lum vsque hodie cum magna ueneratione fer- uat Ecclefia Treuirenfis.* Atque ideo, inquit

Durandus in rationali, lib. 3. c. 15. Papa in illa tantum diœcefi baculo utitur. Myftica verò ratio eft: Quia baculus pastoralis cur- uus eft, ad significandum, quòd is, qui bacu- lum à Superiore accepit ad regendum, ab eo- dem infecti, & exigente caufa penitus re- moueri poffit. Quod in Pontifice locum non habet, quia Superiorem in terris nullum ha- bet. Ita Gl. margin. hic, & Hoftienfis hoc tit. in fine.

TITVLVS XVI. DE SACRAMENTIS NON ITERANDIS.

 Titur de ijs Sacramentis, quæ characterem imprimunt, & quidem ex proposito tantum, quorum administratio propria eft Epifcoporum, videlicet Confir- matione, & ordinatione: Quòd ea nunquam iteranda funt; fed, fi quippiam in eorum ad- ministratioe omiffum, id poftea supplendum.

CAPITVLVM I.

Pastoralis.

PARAPHRASIS.

Ex Innocentio III. duo quæftita funt: I. V- trum Titius, qui intermiffa manuum im- pofitione Subdiaconus ordinatus erat, in eo ordine administrare permittendus fit. Alterum. An Sacramentum Confirma- tionis iterari debeat in eo, qui per erro- rem oleo fimplici, non chrifmate vnctus fuit in fronte. Ad vtrumque fimul refpon- det Pontifex; In talibus non effe iteran- dum aliquid, fed cautè fupplendum, quod incautè fuerat prætermiffum.

SVMMARIVM.

1. *Ordinatus in Subdiaconum fine manu- um impofitione, permittendus eft mini-*

strare; prius tamen fupplendum, quod erat omiffum; nihil autem iterandum.

2. *Similiter in confirmato non chrifmatis, fed olei vnctione.*

C Ontra priorem refponfionem obijcitur primò c. Subdiaconus 15. d. 23. in quo habetur, quòd Subdiaconus manùs impo- fitionem in fui ordinatione non accipiat. Ad id refpondet hic Gl. ver. impofitione. Quòd Subdiaconus in ordinatione non accipiat manùs impofitionem confeccratoriam, quæ ab Epifcopo fit, dicente; *Accipe Spiritum fandum, &c.* fed deprecatoriam tantum ma- nuum impofitionem, iuxta c. 1. d. 69. & c. manus 74. caufa 1. q. 1.

Altera refponfio eft Innocentij IV. Pon- tificis, qui fuper hoc c. teftatur, textum effe corruptum, & legendum Diaconatum pro Subdiaconatu: Quare etiam Gl. marginalis fatetur, in duobus vetuftioribus exempla- ribus legi Diaconatum.

Secundò obijcitur: Quòd Pontifex non refponderit ad factam interrogationem, num ille fine manuum impofitione ordinatus mi- niftrare permittendus fit. Refpondeo, cum Gl. Innocentio, & alijs. Implicite refpon- diffe; Prius fupplendum effe, quod erat omiffum, quam miniftrare permittatur. Quod maxime verum eft, fi fequamur vetuftio- rem

rem Innocentij lectionem: siquidem manuum impositio pertinet ad essentiam ordinationis Diaconi, ut dixi lib. 5. tract. 9. cap. 5. ass. 5.

Ex posteriore autem responsio Innocentij V. intulit Caiet. 3. p. q. 72. art. 3. balsami admixtionem non esse de necessitate Sacramenti Confirmationis, seu balsamum non esse partem substantialem materiae Confirmationis: Nam alioquin si sine balsamo unctio in fronte facta esset, repeti debuisset, quod negat hic Innocent. Sed contrariam sententiam, tanquam communiorem, secutus sum lib. 5. tract. 2. c. 2. n. 1. Ad textum hunc respondetur; Interrogationem incongruam, utrum Sacramentum Confirmationis iterandum, seu iterum conferendum sit, reiecit se Innocentium, cum indubitatum sit, talia Sacramenta, quae characterem imprimunt, nunquam iteranda esse: sed id, quod omis-
sum, seu collarum nunquam fuerat, supple-
dum; erat autem omisssa christi unctio; ea
igitur conferenda, non autem iteranda erat.
Sed neque in eiusmodi casu accidentales ce-
rimonias repetere oportet; sed id solum,
quod praetermissum erat (seu accidentale seu
substantiale sit,) supplere. Videtur quae dixi
cit. cap. 2.

CAPITVLVM II.

A nobis.

PARAPHRASIS.

Quaestum fuit ex Honorio III. Vtrum cor-
pora fidelium, quae a Schismaticis in loco
sacro sepulta fuerant, exhumari deberent:
Et an vestes sacerdotales, cum quibus, &
altaria, in quibus Presbyteri degradati
celebrauerant, iterum consecrari. Re-
spondet Honorius III. Corpora fidelium
ob id tantum, quod a Schismaticis sepul-
ta fuerint, exhumanda non esse: Neque
vestes iterum benedicendas, aut
altaria denuo conse-
cranda.

SUMMARIVM.

1. Sepultus à Schismaticis, hoc solummodo
humandus non est.
Neque ecclesia, altaria, aut vestes iterum
consecrandae; aut cum solemnitate re-
conciliandae; si ab haeretico, degradato,
ro, &c. Episcopo sunt consecrata.
2. Quae ab Episcopo excommunicato non
tolerato, aut degradato, vel deposito con-
secrata sunt, reconciliatione opus non
habent; quamvis docens sit, ut simplex
aliqua benedictio adhibeatur vasis sa-
cris v.g. à tali Episcopo consecratis.

Ratio harum responsionum dari debet.
Quia fidelium corporum sepulturae
traditorum exhumatio; item altarium, aliarumque
rerum sacrarum reconciliatio, aut
reconsecratio introduci non debent, praeter
casus iure expressos. Videri possunt, quae
docui lib. 5. tract. 5. c. 5. & 6.

Sed neque ecclesiae, altaria, aut vestes
iterum consecrandae, aut cum solemnitate
reconciliandae sunt, si ab haeretico, excom-
municato non tolerato, aut degradato E-
piscopo consecratae fuerint. Quia sicut in
Sacramentis malitia ministri non impedit
eorum valorem, & effectum; adeo, ut etiam
ab haeticis, ac Schismaticis, depositis quo-
que, aut realiter degradatis valide conferantur,
nec repeti debeant; vti dixi lib. 5. tr. 5.
cap. 5. quaest. 5. Ita etiam de Sacramentali-
bus, ab Ecclesia institutis, & sacerdotali aut
Episcopali ordini annexis sentiendum est,
ea valide conferri, non solum à Ministris
malis, sed etiam haeticis, Schismaticis, ex-
communicatis, degradatis; dummodo in-
tentionem benedicendi, aut consecrandi ha-
beant saltem implicitam, dum facere inten-
dunt, quod Ecclesia Romana & Apostoli-
ca solet; debitaque forma & materia vtan-
tur, vti habetur in c. Ecclesiis, 20. d. 1. de
consecrat.

Obijcies: Si Episcopus excommunicatus
non toleratus, aut degradatus, vel depo-
situs